

---

# ACTA OFFICIORUM

---

## PONTIFICIA COMMISSIONE AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

---

### RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

#### I — DE POSTULATORE IN CAUSIS SERVORUM DEI

D. Utrum, vi canonis 2004 § 3, in Urbe fixam habere sedem teneatur dumtaxat postulator in processibus apostolicis, an etiam postulator in processibus informativis seu ordinariis.

R. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 16 Ianuarii anno 1936.

✠ A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus,  
*Praeses.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius.*

#### II — DE SACRA COMMUNIONE IN NOCTE NATIVITATIS DOMINI

D. An canon 867 § 4, collatus cum canone 821 § 2, ita intelligendus sit ut sacra Communio distribui possit in Missa, quae sive iure sive apostolico indulto celebratur media nocte Nativitatis Domini.

R. Affirmative, nisi loci Ordinarius iustis de causis in casibus particularibus id prohibuerit ad normam canonis 869.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 16 Martii anno 1936.

I. Card. SERAFINI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

I. Bruno, *Secretarius.*